



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XIII. Graf Dieterich von Wichmannsdorf überläßt dem Kloster Hillersleben
einen dem Abt Irminhart vertauschte Mühle, am 16. Mai 1162.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XIII. Graf Dieterich von Wichmannsdorf überläßt dem Kloster Hillersleben eine dem Abt Irminhart vertauschte Mühle, am 16. Mai 1162.

In n. s. et ind. Tr. Universalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Nos theodericus, Dei gracia Comes de wichmanstorp, notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod ab ecclesia hildesleue temporibus domini irminhardi, abbatis secundi loci eiusdem, regentibus nobis ipsam ecclesiam in advocatie officio, sub quadam permutationis forma, receptis quibusdam bonis, V videlicet manfis in drakenstede maiori, VI in hildesleue et uno in arxleue, molendinum in nendorp, quod ad uxorem nostram berchtam ex parte parentum suorum iure hereditario fuerat devolutum, cum omnigenis vtilitatibus, scilicet piscacionibus, viis et inviis, aquarum decursibus vsque ad vadum heddingi vicissitudine reciproca, tam nobilium quam ministerialium aliorumque testimonio fidelium, tytulo proprietatis perpetue, secundum quod molendinum presatum possederamus, memorate ecclesie duximus conferendum. Igitur in huius rei robur validum et evidens testimonium testes ydoneos, quorum nomina sunt hec: haoldus et bruno de gerfleue, bernardus cum filio suo frederico, gheuehardus de meseberch, meynardus de wederig, rothardus et ludigerus de haldesleue huic pagine inscribi fecimus, nostrique sigilli impressione ipsam decreuimus firmiter roborari. Datum anno Dni. M^o. C^o. LXII^o., Indict. VIII. Actum nendorp, XVII. kal. iunii, in nomine domini filiciter amen.

Cap. I, fol. 15.

XIV. Bischof Gardolph von Halberstadt überträgt die Schirmvogtei über das Kloster Hillersleben dem Grafen Otto von Grieben, im Jahre 1197.

In nomine sancte et individve Trinitatis. Gardolfvs, dei gratia Halberstadenfis episcopus in perpetuum. Officii nostri debitum exigit, quatinus ea, que circa ecclesias nobis in anima commissas per Dei ordinationem a fidelibus prouide geruntur, nostre firmitatis munimine contra varios futurorum incurfus adeo roboremus, ut rata jugiter in suo vigore consistant ac robore nec ullum contradictionis obstaculum a malorum temeritate sentire valeant in futurum. Vnde tam presentibus quam posteris notum esse volumus, qualiter ecclesia in Hildesleue ab indebita Berengeri Comitis oppressione, qui ipsius loci aduocaciam contra jus et debitum sibi vendicauerat, importune per dei gratiam fuerit absoluta. Cum idem Comes in Germerfleue Domino predecessori felicis memorie Theodorico Episcopo in presentia venerabilis Domini Wichmanni, sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopi, et dilectorum fidelium nostrorum Bernardi, Ducis Saxonie, de donis Comitis ibidem iudicio presidentis *) et aliorum multorum terre nobilium de injuriis et contemptu sibi exhibito satisfactorius occurrisset, predictus Episcopus ejus sa-

*) Diesen Satz enthält auch das Copialbuch gleichlautend.